



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

15. An Episcopi possint absolvere ab hæresi occulta vigore Concilij
Tridentini? Et an si hæresis nota sit quinque, vel sex; vel si Hæreticus
quinque, vel sex complices habeat, adhuc dicatur occulta; ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

fuldem in casu particulari, & speciali: Ex p. 3. tr. 6. & Miscel. Ref. 92.

Supposito quod sit opinio probabilis, licet contrariam sententiam ego teneam in Bulla Cœnæ non revocari Episcopis facultatem absolventi ab hæresi concessam in Concilio Tridentino; quæritur an hæc facultas sit ab Episcopis delegabilis, ita ut per alium ab ipsis deputatum possint hæreticum occultum absolvere? Negativè respondet Lorca in 2. 2. disp. 45. num. 11. *Gomez in 99. canon. lib. 1. cap. 13. num. 29. Garfias de beneficiis, tract. 1. cap. 10. num. 113. Molina de just. tract. 5. disp. 18. num. 2. Suarez de fide, disp. 30. sect. 2. m. 9. & 15. & alij.*

2. Verum alij probabiliter affirmativam sententiam tenent, ut Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 11. Henriquez lib. 6. cap. 14. num. 7. Emanuel Sà ver. Episcopus, num. 37. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 23. & alij penes ipsos, quia Concilium solum exclusit Vicarium ad id specialiter deputatum, quod intelligendum est de vicario specialiter deputato ad casus omnes hæresis contingentes, non autem de Vicario specialiter deputato ad unicum casum hunc, & nunc oblatum. Igitur dicendum est, quod per verba Concilij, Vicarius generalis excluditur, non autem specialis, ut est in casu de quo loquimur. Et hæc doctrina est multum notanda, quia si Episcopus hanc facultatem in casu particulari specialiter delegare non posset, difficulter in praxi talis potestas deserviret; nam non ita facile, & sine scandalo penitentes, & præsertim fœminæ, pro absolutione hæresis occulta ad Episcopos irent.

RESOL. XV.

An Episcopi possint absolvere ab hæresi occulta vigorem Concilij Trid.

Et an si hæresis nota sit quinque, vel sex; vel si Hæreticus quinque, vel sex complices habeat, adhuc dicatur occultata; & in magna Civitate non sit publica, si nota fuerit septem, vel octo personis?

Et an dictam absolutionem possit Episcopus impertiri extra Sacramentum Confessionis, & in absentia; & hoc etiam si talis subditus, & Episcopus sint extra Diocesim?

Et an Episcopus possit committere hanc absolutionem alicui Confessario, specialiter ad eum hæresis casum deputato? Ex p. 1. tr. 5. Ref. 2.

Respondeo, aliquos asseruere, Episcopos vigore Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 6. posse absolvere Hæreticos occultos, nec per subsequentes Bullas Cœnæ fuisse illis hanc potestatem sublatam. Ita docet novissimè Puteanus in 2. 2. q. 11. art. 4. dub. 2. Fagundez de præcept. Eccles. tract. 2. lib. 8. cap. 8. num. 32. & 33. Portante med. & tell. in addit. ad dubia regul. verb. Episcopus, num. 1. Soula in to. 9. tr. 7. in Bulla Cœnæ, cap. 23. disp. 100. concl. 3. num. 7. & anteà docuerat Lorca in 2. 2. quæst. 11. art. 4. disp. 45. num. 10. Nagnus tom. 2. in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. concl. 20. diff. 7. Emmanuel Sà ver. Episc. n. 37. Henriquez lib. 6. cap. 14. num. 4. & in Glossa litt. M. & lib. 13. cap. 27. num. 5. lit. Q. cum multis aliis citatis à Sanchez in summa, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 27. Ricciullo tract. de iure person. lib. 5. cap. 14. num. 9. & Barbosa de potest. Episc. p. 2. alleg. 40. num. 21. & hanc sententiam probabilè vocat novissimè Sanc. in select. disp. 50. n. 32. 2. Sed, his non obstantibus, Sanchez, Ricciulus, & Barbosa, cum multis aliis penes ipsos, contrariam sententiam docent, quibus ego addo Riccium par. 3. decis. 280. num. 1. Villalobos in summa, p. 1. tr. 9. dub. 61. num. 2. & 5. Gratianum in discept. tom. 3. cap. 414. n. 20.

Bellochium de cas. reservat. p. 2. q. 1. n. 275. Sanctarelli, qui post hæc scripta prodit in lucem, tract. de hæresi, c. 5. dub. 5. n. 21. Ragucium in lucerna hæreticorum, q. 125. n. 5. Scortium in Constit. Pont. epist. 166. lib. 434. art. 3. queritur 2. in fin. Fabrum de Sacram. Ordin. dist. 25. quæst. 1. disp. 3. cap. 4. num. 126. Homobonus de exam. Eccles. part. 2. tract. 12. cap. 4. q. 16. & de stat. part. 1. cap. 8. Antonium in Casch. Dioces. Neapol. lib. 1. cap. 5. n. 29. Megalam in part. 1. lib. 3. cap. 13. num. 10. & 15. Floriblanca de magia, lib. 3. cap. 10. num. 17. Valerium in differ. utriusque fori, verb. hæresis, diff. 5. num. 1. Hi omnes putant, Bullam Cœnæ derogare, & adimere sententiam supradictam potestatem Episcopis; & adducunt multos alios DD.

3. Verum, qui sustinent primam sententiam, in favorem Episcoporum, sic illam firmant: quia in Bulla Cœnæ non fit expressa mentio Concilij Tridentini, quod quidem est necessarium, ut censetur illi derogatum, quia Constitutioni, seu decreto Concilij propter ejus gravitatem non intelligitur derogatum, nisi de eo fiat expressa mentio specialis, cap. ex part. de Capell. Monach. ubique in Glossa in verb. nulla mentio, cap. nonnulli de rescript. ubi etiam Glossa in verb. fecerunt mentionem, & ibi Felinus n. 7. cum multis aliis.

4. Nec valet dicere, Pium V. & Gregor. XIII. cum Clemente VIII. contrarium declarasse: nam, ut bene respondet Fagundez, ubi supra, & Soula, de illis pontificiis declarationibus non constat authenticè, cum res sit adeo gravis, & jam scientibus Pontificibus contraversa, id profectò debet expressè, aliquo speciali decreto, declarare. Vnde subdit Fagundez, stando in hac opinione, quod si hæresis sit nota quinque, vel sex, et si Hæreticus quinque vel sex complices habeat, adhuc dicatur occultata, & ab illa Episcopi poterunt absolvere. Putat etiam, in magna civitate non esse publicam, si nota fuerit septem, vel octo personis, paulò ante Vide Portel. in addit. ad dubia regul. verb. dispensat. n. 5.

5. Notandum est etiam, secundum supradictos DD. Sup. contentum in tali casu Episcopum posse committere absolutionem alicui Confessario specialiter ad eum hæresis casum deputato, ut adversus Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 9. & 15. & alios, probat Henriquez lib. 6. cap. 14. n. 7. & in Glossa, littera O. cum multis aliis apud Sanchez tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 23. & probabile vocat Lorca 2. 2. q. 11. art. 4. disp. 35. num. 11.

6. Notandum est etiam, dictam absolutionem posse Episcopum impertiri extra Sacramentum Confessionis: in hoc, ut nam per illam particulam, in foro conscientie, non intelligitur forum sacramentale, audita sacramentali Confessione; sed tantum denotatur, ut absolutio in foro exteriori non proficiat, si contingat hæresim in iudicio ejusmodi deduci. Ita Homobonus de exam. Eccles. part. 1. tract. 5. c. 5. q. 31. Claudius Solet de potestate Confess. cap. 30. q. 1. ex verbis, n. 6. præter illos, quos citat, & sequitur Sanchez cap. 11. n. 13. qui etiam n. 17. & rectè, ait, posse Episcopum in tali casu absolvere subditum ab hæresi in absentia: & hoc, etiam si talis subditus sit extra Diocesim, quidquid in contrarium asserat Suarez in 3. part. tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 11. & etiam si ipse Episcopus cum subdito extra Diocesim inveniretur, posset absolvere, et tunc illum ab hæresi excommunicatione absolvere. Et hæc omnia asserunt Doctores pro firmata opinione in favorem Episcoporum: sed ego contrariam existimo probabiliorè, & idè illam sequor.

RESOL. XVI.

An Episcopi hodie possint absolvere ab hæresi occulta? Et an quando sciatur à decem personis dicatur delictum occultum?